[Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis][a] . . abbati et . . priori de Cella Cisterciensis ordinis Misnensis diocesis [salutem et apostolicam benedictionem][a]. Sua nobis dilectus filius magister Gualterus canonicus Misnensis[2] petitione monstravit, quod, cum felicis recordationis G(regorius) papa predecessor noster primo suis et nos postmodum nostris . . decano et capitulo Magdeburgensi dederimus litteris in mandatis, ut ipsum recipientes in canonicum et in fratrem, sibi prebendam, quamcito se facultas offerret, liberaliter conferentes, certis executoribus super hoc deputatis eidem, ipsi id efficere hactenus noluerunt. Ad effectum igitur inchoatam[b] huiusmodi gratiam circa eum perduci volentes mandamus, quatinus, si est ita, predictos decanum et capitulum moneatis attentius, ut dictum magistrum recipiant in canonicum et in fratrem iuxta priorum continentiam litterarum. Quod si monitis vestris acquiescere forte noluerint, allegantes quare id facere non debeant vel non possint, audiatis causam et eam infra duorum mensium spatium post receptionem presentium, si de voluntate partium processerit, terminetis; alioquin ipsam instructam vel non instructam ad sedem apostolicam remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo personaliter vel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, facture et recepture quod ordo dictaverit rationis. Quicquid autem super premissis duxeritis faciendum, nobis vestris litteris fideliter intimetis. Dat. Lugduni V kal. maii [pontificatus nostri][a] anno VI°.

151.

(I) Papst Innozenz IV. entbindet Christoph, Kanoniker von St. Sebastian zu Magdeburg und Notar des Markgrafen von Meißen, für drei Jahre von der Residenzpflicht in Magdeburg. (II) Ders. beauftragt den Abt des Zisterzienserklosters Altzelle, als Konservator in dieser Angelegenheit wirksam zu werden und für die Durchsetzung der dem Kanoniker Christoph gewährten Vergünstigung Sorge zu tragen.

1249 Juni 20, Lyon

Original: —

Register: Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 4039, fol. 62v, Nr. 660 (R^1) — Kopie von R^1 (1779): Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 21A, fol. 334r, Nr. 660 (R^2).[1)]

Edition: Reg. d'Innocent IV, Bd. 2, S. 105, Nr. 4650 aus R^1.

Regest: Höfler, Albert von Beham, S. 203, Nr. 660 — Potthast II, S. 1124, Nr. 13414 — Mülverstedt, Reg. archiep. Magd. II, S. 564, Nr. 1257 — Dobenecker, Reg. hist. Thu-

a) *Ausgelassen R^1, nach dem Kanzleibrauch ergänzt. Zum stilus curiae, vor allem zu Titulierungsvorschriften, vgl. Herde, Audientia I, besonders S. 197 f., 201–204; Frenz, Kanzlei, S. 58–60; ders., Papsturkunden, S. 44–46 (I documenti pontifici, S. 40–42).*

b) inchoatum *R^1*.

2) *Vgl. zu ihm Wentz/Schwineköper, Erzbistum Magdeburg I/1, S. 346 f.*

151. 1) *Wie UB Altzelle I, Nr. 150, Anm. 1.*